



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

20. S. Dominicus à Silos

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

696 XX. Decembris. S. Dominici à Silos.

littera O majore. Simus ò chare! devo-
ti servi Filii, servitutem fideliter appera-
mus Genitricis. Sic nempe refertur ad
Dominum, quod servit ancillæ: sic re-
dundat ad Filium, quod impenditur Ma-
tri: sic transit honor in regem, qui
defertur in famulatum Reginæ. S. II.
deph.

Festum S. Dominici à Silos ex
Ord. S.P. Benedicti.

EXHORTATIUNCULA I.

Pascit hic parvulus oves paternas!
subitò exardescere incipit desiderio,
& amore magnæ sanctitatis & obtinuit
contemptu fæculi. Abundamus mihi
vitiis: caremus desideriò Christianæ
sanctitatis? Quæ causa? Nimius mundi
amor, & tœdium virtutis. Deum in-
quiramus. Nemo imbecillis est, qui
scienter nititur ope divinâ. Miramur,
nos non operari magna? Credidero;
Quia magna non speramus. Nostræ
confidentiæ commensurat Deus influ-
xum gratiæ. Hâc viâ scandemus ad ma-
xima.

In-



Instructio meritoria.

Igitur tres heroicas statuamus victorias contra appetitum concupiscibilem vel in loco refectionis, vel tempore recreationis reportandos. Ut Deus suam trubat gratiam, præmittamus *duodecim Ave* cum illis orationibus ex Cursu Mariano ad Laudes, inchoandò ab Antiph. *Sancti Dei omnes intercedere dignemini &c.* O chare! nostrò vitiò, non Numinis gratiam offerentis parsimoniâ tot intercidunt bona, quæ præstò possent fieri Dei gratiâ. Non esurimus Justitiam! ideo hæremus in minimis,

II.

Propter Justitiam sustinuit exilium S. Dominicus. Pro Deo, pro Maria, pro virtute, & nostra sanctitate quid nos attentamus? Magna sunt illa omnia. Et vilibus expleri operibus, patitur Christiani, ac religiosi animus? Fili! non quid à nobis factum, sed quid fieri debuisset, si in censum vocemus, ingens obligationis onus nobis incumbere fatebimur, dum plura factis omissa compriemus. Heu! Quæ tunc nostra erubescutia?

Gg

In-

Instructio meritoria.

Non quidem à nobis extraordinaria petuntur, hæc tamen assumere, perfectorum, & Deum verè quærentium est. Extraordinaria sunt, quæ defusum accepimus, Dei munera: Et quid extraordinarium hodie, vel in temperantia, vel in modestia, vel in taciturnitate operari non pigeat. Pro quarum virtutum (ò quam nobilium!) augmento recitemus officium de SS. Trinitate. Tria nobis desunt! ab Uno Trino petamus!

III.

Inter adversa S. Dominicus Mariam afflictorum consolatricem semper pro asylo habuit, triplici & ab Illâ redimitus coronâ. O beata sic coronandorum fors! Una harum mille terræ superat coronas. Nec unam devotis filiis preparat cœlorum Regina. Properemus, laudemus, veneremur Mariam, ut comprehendamus.

Instructio meritoria.

Pro triplici hac corona trinum hodie ex singulari erga quindecim SS. Mysteria devotione S. Rosarium recitemus.

Non

XXI. Decembris. S. Thomæ Ap. 699

Non deerit præmium, si nos à cultu, &
amore Mariæ nullum retraxerit tedium.
Per Mariam enim innocentia reparatur,
vita angelica reducitur, Deus homini
pacificatur, & unitur, diabolus vincitur,
& conteritur, juxta scriptum: *Ipsa con-*
teret caput tuum. Idiota.

Festum S. Thomæ Indiarum Apostoli.

EXHORTATIUNCULA I.

Displicuit Christo incredulitas Tho-
mæ. Hinc illa increpatio: *Noli*
esse incredulus; sed fidelis. Fili! ter-
reant nos ista, & ad vivam, ac operosam
animos excitent fidem. Sine fide im-
possibile est placere Deo: Credere enim
oportet accedenter ad Deum, quia est,
& quia remunerator bonorum est.

Hebr. II.

Instructio meritoria.

Ne sumus de numero eorum, qui ad
tempus credunt, & in tempore tribula-
tionis recedunt, in honorem duodecim
Apostolorum hodie duodecim Pater &
Ave cum symbolo S. Athanasii: Qui-

Gg 2

cun-